Martianas ędes freqnti senatu deduci curauit.

¶ An. Salutis. ¶ Anni. Ponti. ¶ Imperatorum Occidētis. ¶ Anni mundi.

¶ Georgius Boemię occupator: morbo perit.

¶ Eduard9 rex Burgūdionū ducis auxilio Britanniā ingressus/ plebes in se cōuertit: cęsisq; aduersarijs Londinum vrbem obtinuit/ mox insula vniuersa in suā ditionē cessit.

¶ In Gallijs: pontificis cura inter regē/ Burgūdosq; res cōpositę sunt.

¶ Imperator Fredericus & Frācisc9 Picolominę9 Cardinalis Senensis: inclyto principū cōuētu in Germania apud nouā ciuitatē/multa vtilia pro Christi fide in Turcas statuunt.

¶ Margarita vxor Henrici regis: post viri captiuitatē magnas cōparat copias/ igenti pugna apud Calesiū oppidū victa/ captaq; ab Eduardo/q postmodū carcere eā cū viro extigui curauit. nā illorū filius pugnā cęsus: orbos parētes reliquerat.

¶ Paulus pōtifex. 6. Calen. Augusti in diei crepusculo: dū solus cubiculo qescit/ apoplexi suffocat9 extinguit/ magno sui desyderio relicto/ quē diē multi illi fatalē pdixerūt. In cuj9 locū postea a patribus suffectus est Frācisc9 Saona oriūdus/ vir doctrina clarus/ q in ordine minorū per omnes dignitatis gradus ad Cardinalatū peruenerat/ Nonis Augusti electus pontifex Sixtus appellatus.

¶ Ponti. 221. Sixtus. 4. natione Ligur sedit an. 10.

¶ Portugalię rex magna classe fretū Gaditanū trāsgressus: magnę Mauritanię oppida Tingā/ Argillamq; expugnat.

¶ Venetijs senatus priceps Christoforus Maurus diē obijt: i cui9 locū suffect9 est Nicola9 Thron9.

An. Salutis	Anni Ponti.		Imperatorum Occidētis	Anni mundi
1472	1	¶ Cometes magnus p mensem Ianuariū visus: quē alij perticā/ alij ascon dicūt: mortales grauiter affecit.	33	

¶ An. mūdi.	¶ An. Salutis.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorū Occidētis
			¶ Ferdinādus rex: quo pōtificē sibi recōciliaret Leonardo ex fratre pontificis nepote natam despondit/ illius sora cū oppidis finitimis tradidit/ quo illustrior esset.	
			¶ Bessarion cardinal' Nicen9: ī Gallias legat9 pficiscit.	
			¶ In Asia Hazoncassan magno prelio deuictis Persis: magnus habetur.	
	1473	2	¶ Annus glacie & niuibus insignis: maiorem partē vinearū/ pruina absumpsit.	34
			¶ Pontifex Stephanū archiepm Mediolanēsem/ Arelatensem/ Vatisconēsem/ Nouariensem/ Calcensem/ Malficanū episcopos/ in patrū numero asciuit/ atq3 galero insigniuit.	
			¶ Helionora regis Ferdinādi filia Ferraria ad virū pficiscēs: Romā magno apparatu venit/ cui ad Lateranū duo cardinales pōtificis nepotes obuiā facti īsigni pompa/ ad ędes sctōꝝ aplorū deduxere/ vbi regio apparatu quieuit.	
			¶ Hozoncassan in Armenię finib9 magno prelio cū Mahumete Turcarū ipatore cōfligit: in quo .30 Turcarū milia cęsa dicūtur.	
			¶ Hozoncassan amissis ipedimētis: se in regnū recepit.	
			¶ In Cypro Iacobus rex morit: relicto infantulo ex vxore Veneta/ ob quā rē Veneti administrationē regni obtinuere/ nec multo post extincto infante regnū occupant.	
	1474	3	¶ Petrus cardinalis scti Sixti q Italiā legatus pcurrerat: morbo ex intēperio cōtracto/ Romę ingenti pontificis dolore moritur.	35
			¶ Insolita aquarū siccitas: pennes/ quosq3 fontes exhaurit.	
			¶ Turcæ/ trāsnato p superiorē Pānoniā Danubio: Prouintiā depredantur.	
			¶ Christin9 rex Datię/ Gocię/ Noruegię/ Romā soluēdi voti gratiā ad pontificē veniēs: celebri honore excipitur.	

Añ. Saluris.	Anni Ponti.		Impatorũ Occidẽtis.	Anni mũdi
		Turcæ exercitu. 100. miliũ Scutarũ Illyrici litoris oppidũ haud ꝓcul a fluie Aoo/ veterẽq; Apoloniã obsidẽt: sed tandẽ defendẽtibꝰ Venetis fatigati/ ac morbo ex fluminis aura vexati/ in montes discessere.		
		Carolus Burgũdionũ dux Nussiã Coloniẽsis agri oppidũ ad Rheni ripas obsidit: sed cũ Fredericus impator obsessis auxilio venisset/ ignito fœdere/ discessit in Belgas.		
		Decẽbris mẽse Nicolaus Marcellus Venetiaꝝ dux/ morbo extinguitur: in cuius locũ suffectus est Petrus Mozenicus.		
		Iubileus a Paulo prius ꝑ vniuersũ orbẽ Christianũ istitutꝰ: a Sixto põtifice hoc ãno declarat.		
1475	4	Fœdus iter Venetos & Mediolani ducẽ/ Florẽtinosq; ꝑcutit: ꝓpter q̃d Oratoribus ad pontificẽ missis/ diutius de fœdere disceptarũt.	36	
		In Hispania: morte Hẽrici regis Prouĩtia diuidit diuersis ꝑsonaꝝ studijs. nã Ferdinãdus/ Ioãnis Aragonię regis filiꝰ Helisabetã Hẽrici sororẽ in matrimoniũ traductã/ & Alphonsus Portugalię rex Henrici Ioannã filiã ex sorore sua neptem fouens/ regnũ diuiserũt.		
		Ferdinãdus rex: mẽse Ianuario magnis ĩbribus Romã venit Iubilei gratia/ vt pręseferebat/ sed reuera vt initũ fœdus solueret q̃d effecit. Nã postmodũ iter Italię potẽtatus initũ est fœdus: pontifice auctore / in quo rex primus ascribitur.		
		Ad Histri flumis partẽ (quã Mũdaniã/ Valachiãq; appellãt) ingẽs Turcarũ cędes facta est/ in qua primi exercitus periere.		
		Iudęi qui tridenti degebant furtim quodam puero arepto: cui Simon nomẽ fuit. 5. Calendas Aprilis qui dies passionis domini fuit:		

¶ Añ. mūdi. | ¶ Añ. Salutis. | ¶ Anni. Ponti. | ¶ Impatorū Occidētis

in eo oīa passiōis mysteria opata sūt/ quo diuitus cognito Iudei: quid ęgerant variis suppliciis crudeliter necati/ meritas pœnas luerunt. Corpori vero ipsius pueri/ ob maxima/ incredibiliaq; miracula Basilica erecta est.

¶ Iterū Turcæ inferiorē ingressi Mysiā: magna cęde sternūtur.

¶ De hinc magnā Genuensiū vrbem/ quā ad Meotidē adhud possidebāt Genuēses expugnāt.

¶ Carolus dux Burgūdionū: partē Gallię (quā Lotoringiā dicunt) expugnat.

¶ Eduardus rex Britānię a Carolo Burgūdionū duce ī Galliā cū multis militibus euocatus: cōtracta mox cū Lodouico rege affinitate/ atq; nouem annorū induciis firmatis/ a bello quietus/ recessit ad suos.

1476 | 5 | 37 ¶ Matthias Pānonię rex: castellū Turcaꝝ ad ripā Saui flumis. 30. diebus expugnat ī gēti glīa.

¶ Venetiis Petrus Mocenicus dux morit̄: in cuius locū Andreas Vendrāminus sufficitur.

¶ Ferdinādus rex Hispanię in agro Numātino Portugalię regem profugat.

¶ Nicolaus Estensis/ q de imperio ciuitatis cū Hercule dissidebat Ferrariā clam ingressus primo Septēbris: prīo īpetu aduersarios exterruit/ mox cōcursu Sigismūdi fratris Herculis eiectus vrbe/ palude latitās capit̄/ nec multo post capite obtruncatur adolescēs oī virtute insignis.

¶ Ioānes de mōte Regio: nō minor Anaximādro Milesio/ aut Syracusano Archimede vtraq; lingua eruditissim⁹ Germanoꝝ decus ob Astronomiā/ cęterasq; Mathematicas disciplinas a Matthia Pānonię rege/ Nurembergensibusq; perpetuo donatus stipendio Calendario edito Ephemerideq; / a nostris Diario dicta maxima

¶ An. Salutis.	¶ Anni. Ponti.		¶ Imperator. Occidetis.	¶ Anni mundi
		cura/labore/ingenioq; cōposita inductis nouis Astronomię tabulis/reprobatisq; Gerardi Cremonēsis Theoricis/Romam ad emēdandū Paschalē dionysij cōputū a Sixto. 4. ponti. accitus/dū pleraq; posteritati parat/non sine maxima studiosorū iactura/morbo perijt. Vsus est preceptore Georgio Burbatho Germano ī Mathematicis excellētissimo: cuius Theoricę sciētissime impressę circūferūtur.		
1477	6	¶ Galeatius Maria Mediolani dux/ob irā erepti sibi fundi a Ioāne Andrea Lamprogniano nobili Mediolanēsi: eo die qui ꝓthomartyri Stephano celebris habetur/in ipsius martyris templo ad aram incautus cōfoditur.	38	
		¶ Carolus Bargūdionū dux: q Belgis fere oib9 imperabat dū Lingones/Treuerosq; debellat apud Venacoū oppidū in Treuerorū finibus magno ꝑlio/qđ ad horas. 30. cōtinēter pugnatum est victus/occiditur.		
		¶ Frumēti ꝑciū per vniuersam ferme Italiā/ac Romę maxime ob āni intēperiē auctū est adeo: vt libras assibus tribus venierint.		
		¶ Genuēses morte Galeacij Maria Mediolanēsium ducis sese in libertatē vendicarūt factione Fiscorū populū cōcitante: sed nō multo post in spinulis/atq; adornis cōtrarię factiōes ānitētibus victi in Mediolanensis potestatē redacti sunt.		
1478	7	¶ Lodouicus Gallię rex/sexto Idus Februarij Venetos ī fœdus accepit: quod cū Ioanne duce Philippo Maria Mediolani duce Florentinis/Herculeq; Estensi Ferrariæ duce ātea ꝑcusserat.	39	
		¶ Assābetus hazōcassan9 Parthię/Persię/Medię Mesopotamiæ & Armeniæ rex/magneq; Oriētis partis: quā armis ditionis suæ fecerat/post ingentia facinora diem suū obijt. Cuius filius		

maior natu cęteris fratribus interfectis: paternum arripuit imperium.

¶ Veneti quom sextũdecimũ annũ suis armis ac sumptibus terra/ mariq́ꝫ cum Mahumeto Othomano Gręciæ/ Asiæ ĩperatore pugnassent/ viderẽtq́ꝫ nõ dubie in Italia ceruicib⁹ suis bellum imminere/ Nonas Aprilis cũ eo inducias egere. Interimq́ꝫ dũ pacem cõponũt Ferdinandus Neapolis rex cũ genero Matthia Vngarię rege (quã antiquitus Pãnoniã superiorẽ dictã putãt) omnia apud illum irrita reddidere.

¶ Ferdinãdus Neapolis rex cũ pacẽ/ qua Italia vigebat/ labefactare studuisset / ascito sibi Hieronymo fori cornelij (quam Imolã nostri dicũt) Comite: Raphaelẽ Diaconũ Cardinalem diui Georgij / nepotem Sixti quarti pontificis ex sorore comitis Hieronymi/ simulq́ꝫ Franciscũ Saluiatum Archiepiscopum Pisanum cum Famulicio. 300. hominũ Florentiã misit/ Inq́ꝫ diuę Liberatę templo Frãcisco Saluiato Eucharistiam celebrante/ cõposita hora iuuante Ioãne Pacio viro maxime apud suos extimationis/ multisq́ꝫ aduersę factionis Iulianum Medicen confoderunt. Laurentius vero fortiter vulneratus/ prudentia/ consilioq́ꝫ pręcipuo impetus hostiles cohercuit: plurimis factiosis fœde trucidatis/ plurimisq́ꝫ cum Archiepiscopo Pisano suspendio necatis. Florentini vero cardinalem diui Georgij/ dum res componerentur / retinuerunt.

¶ Andreas Vendraminus Venetiarum dux: senio confectus/ Nonis Maij moritur.

In cuius locũ quintodecimo Calendas Iunij Ioannes Mozenicus Petri frater cooptatur, qui ante Andream Vendraminũ classis prefectus ꝓcurator Diui Marci/ob res egregie/pie/fœliciterqꝫ gestas ducatũ meruit/obtinuitqꝫ.

¶Sixt9.4.Põti.auditis his quę Elorẽtię gesta sunt de Nepote/Archiepiscopoqꝫ Pisano:hortãtibus rege Ferdinando & comite Hieronymo/Laurentio Medice/aqua & igni interdicit Florentinis bellũ indicens.

¶Lodouicus Gonzaga Mantuę Marchio moritur:cui Fœdericus filius successit.

1478 ¶Mahumetes Gręciæ / Asięqꝫ iperator cũ obsidione Croiam Macedonię munitissimũ oppidũ premeret.11.post mensem obsedisset eã deditione accepit : oĩbus prius ab oppidanis tentati/quo famem perferrẽt/vt etiã boum coria/equorũqꝫ comederint.

¶Maximilian9 dux Austrię Frederici iperatoris filius/potenti exercitu in Burgũdiã ꝓfect9 est/& Mariã Caroli ducis iam mortui:filiam in cõiugem accepit / & Burgũdię ducatũ ob hãc rem sibi vendicauit.

¶Stella Veneris hoc ãno/solito decentior decurrere vĩa est.

¶Locustę per Italiam vagatę:Brixię agrũ deuastarunt. Locusta

1478 ¶Maxima lues per totam Italiam vagata est adeo:vt Venetijs supra triginta hominũ milia perierint. Pestis 30,000

¶Mediolanenses vero hoc pacto multos per annos Genuã iperio premebãt eminẽtibus in republica his:qui Mediolanensiũ partes fouebãt/misit itaqꝫ Genuã tris triremes/qb9 ꝓspero Doria imperio Genuę Mediolanenses expo-

¶ Añ. mūdi.	¶ Añ. Salutis.	¶ Anni. Ponti.		¶ Impatorū Occidētis
			liantur/ ducatūq; vi & armis expulsis Fregosis/ ipse cōsequitur.	
			¶ Alphonsus Calabrię dux: regis Ferdinandi filius vna cū Fœderico Vrbini duce a comite Hieronymo Tusciam ingressus/ Florentinos bello petit: quorum ągros depopulatus igni/ ferroq; late vastauit/ plurima oppida vi capiens.	
			¶ Florentini/ Veneti/ Mediolanensesq;/ Herculem Estensem/ Ferrarię Marchionem exercitus sui ducem constituunt.	
			¶ .2. Idus Iulij luna eclipsi laborauit: nec minus totum ferme lumen solis. 4. Calendas Augusti latuit/ quod Astronimiæ imperitis maximo miraculo/ pauoriq; fuit.	
			¶ Veneti graui Ethrurię bello impliciti/ i Macedonia & foro Iulij magnis Othomañi copijs vexati magno reipublicę detrimēto/ totiusq; reipublicę Italię aperto periculo/ cū longū in flectēdo pontifice tēpus contriuissent: vt ab Ethrurię bello desisteret/ cohortātes/ vt religioni cōsuleret/ opp̄ssosq; Christianos/ excidio Turcaꝝ liberaret. Infectis aūt reb⁹ ad Lodouicū Galloꝝ regē oratorē mittūt: vt Italię tumult⁹ cōprimeret/ qbus ph̄uanc/ benigneq; auditis Sixto. 4. pōti. M. diē dixit/ mox transmissurus in Florētinorū auxiliū Renatū Lotoringię ducē regis Renati Andegauię/ Prouintięq; ducis ex filia nepotē Apuliā prereptū auūculi regnū postmodū inuasurum. Et quo his maiori studio/ opaq; incūberet inducias cū Maximiliano Burgundię duce cōposuit.	
			¶ Ioānes Philippus Maria Mediolañ. dux/ vt (Genuā rursus in potestatē redigeret. 12. milia hoīm armauit: quib⁹ Robertus Seuerinas e Gallia accitus regis Ferdinandi dux obuiā factus/ octo milia eorū occidit/ q̄ victoria Genuam in-	

¶ Añ. Salutis.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatoꝝ Occidētis.	¶ Añ. mūdi.
		gressus. 13. Calēdas Septembris arcē (quā Ca-		
		stelinā ipsi dicūt) presidium Mediolanensium		
		deiecit.		
		¶ Theodorus Zaga Thessalonicēsis Grecæ/ la-		
		tineq; eruditissimus/ traductis absolutissimis		
		Theophrasti de plātis/ stirpibusq; libris: nec nō		
		Aristotelis ꝓbleumatibus. 18. de aialibus volu-		
		minibus nō sine parua lingue vtriusq; iactura		
		Rome moritur.		
		¶ Mahumetes cū incerta spe Scodrā Venetoꝝ		
		oppidū obsideret/ Ioannē Cernoi Sabiaco ci-		
		uitate spoliat: Driuastū/ Lissumq; ciuitates ar-		
		mis cœpit/ ciuib⁹ vario tormētoꝝ gñe necatis.		
		¶ Exercitus Florētinorū ac sociorū Copiæ: cū		
		hostibus inducias agunt.		
		¶ Frācisscus cāpi Fregosi copijs Ioānis Philip-		
		pi ducis Mediolani ac exulibus factiōis sue ad-		
		iutus Prosperū/ Doriam Genua expulit: arce a		
		presidio Mediolanensiū accepta (quā ab īpetu		
		Dorie/ tutati fuerant) Genuenses libertate do-		
		nauit Baptista campi Fregosi Perini filius dux		
		constituitur.		
		¶ Robertus Seuerinas/ Copiaꝝ Genuensiū dux		
		eligitur.		
1478	8	¶ Ioānes Taraconēsiū Hispanie citerioris/ Na-	40	
		uare/ maiorisq; Baleaꝝ rex Ferdināndo filio Ca-		
		stulonis Sicilie/ ac Corsice regi moriens/ regnū		
		reliquit.		
		¶ Veneti ānos. 27. maximis diutinisq; bellis ꝑ		
		Greciā Macedoniā & forū Iulij a Turcis ve-		
		xati: iminente sibi Italorū nō paruo ꝑiculo cū		
		Mahumeto imꝑatore fœdus ꝑcussere/ oībus		
		illi redditis/ que sue/ suorūue ditiōis fuissent/ ac		
		tradita Scodra quā obsidione cinxerat spon-		

¶ Añ. mũdi.	¶ Añ. Salutis	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorũ Occidẽtis.

dentes.100.mille aureos ad duos annos soluturos / quos nobiles aluminis Mercatores cũ imperatore cõtraxerant: hoc pactoq; couenere vt Veneti Constantinopolim Magistratum mitterent (quem Baillum vocant) qui Venetorum lites solus dissolueret: ob quod singulis annis.10.mille aureos illi pendebant.

¶ Ferdinandus nõ succedẽtibus his/ quę cum Lemo filo Notho/ ac regina Carlota apud Syriorum regem agere tẽtauerat (hũc Assyrij Soldanum dicunt) Sacro die veneris: quo CHRISTI passio a nostris celebrat̃/ Catherinã / Corneliam Cypri reginam/ Venetosq; magistratus trucidare cõstituerat/ quibus cognitis/ ipse spei frustratus est/ ꝓditores vero mali affecti.

¶ Sixtus.4.assiduis precibus/ minisq; Lodouici regis Gallorũ conciliũ ꝓsecuturi ni a Florẽtinorũ bello desisteret: nõ soluentibus Romanis vectigalia a pontifice indicta palmarum die/ Florẽtinorũ interdictũ/ bellũq; deposuit.

¶ Sixtus hortantibus Ferdinando rege ac comite Hieronymo: iterum in Florentinos bellum iniit.

¶ Mahumetes ingentibus copijs Pannoniam vexauit/ classem in Apuliam transmisit: vnde plurimos homines vastatis agris / iumentaq; abegit.

¶ Finitis inducijs quas Alphonsus dux Calabrię/ cum Florentinis ac socijs ęgerat/ copias in agrũ Pisanũ ducit oĩbus igni/ ferroq; vastatis/ quibus haud dissimilia in agro fori Cornelij Florentinorum socij fęcere/ comite Carolo fortis Brachij Venetoꝝ ductore / fœliciter tũc omnia peragentis/ qui recta agrum Pisanum

Añ. Salutis.	Anni. ponti.		Impatorũ Occidẽtis.	Añ. mũdi.
		ingressus hostiũ castra/quibus Pisas obsede= rant incendit/omnibus inde fugatis.		
		¶ Genua excusso seruitutis iugo duce Roberto Seuerinate/oppida quę vnus Fiscorum Genu= ensis Florentinis tradiderat/ armorum vi sibi asseruit: cui Caspar filius Seuerinas accurrens/ pleraq; illorum in Florentinorum ditionem iterum redegit.		
		¶ Comes Carolus hostiũ agros obequitando vno die Perusino agro capto Perusiã fauore populi cœpit/quã deinde reliquit q filius Ber= nardinus comes cuiusdã loci Augustias: quib9 partim agrũ/ciuitatẽq; tutari poterat / reliquis= set. Labore autem tot rerum paruo tempore gestarum senio affectus/diem suũ maxima cũ gloria obijt. Agrum vero Perusinũ eo discedẽ= te/rursus pontifex suũ fecit.		
		¶ Mahumetes Turcarũ imperator icto cũ Ve= netis fœdere: oppido Leucadio (quam nostri sanctã Mauram dicunt) Cephalenia & Hya= cintho/Leonardum Taucium spoliat.	Za	
		¶ Hercules Estensis Florentinorũ dux: Senen= sium agros ingressus populabundus/pleraq; eorum oppida cœpit: dissentiente vero ab eo Sigismũdo Mantuę/ Marchione/non sine su= spicione proditionis partẽ copiarũ amisit.		
		¶ Lodouicus Gallorum rex/ peractis inducijs magna manu Maximiliani Burgundię ducis fines ingreditur / vbi viginti milia militum amisit.		
		¶ Lodouicus Galeatij Marię Mediolanensiũ ducis frater/ in exilium actus cum Roberto		

¶Añ. mũdi.	¶Añ. Salutis.	¶Anni Ponti.		¶Impatorũ Occidẽtis
			Seuerinatæ: qui a Genuensibus exauctoratus suo ductu / auspicijsq; exercitum ductitabat / Dortonã Mediolanensiũ ciuitatẽ capit. finitima vero oppida supra. 20. vna cũ Alexandrinis illis sese dedidere. Quæ postea compositis rebus inter Robertũ / Bonãq; Ioannis Philippi matrẽ: Mediolanensibus restituta sunt.	
			¶Robertus Seuerinas ad curã Ioãnis Philippi ducis electus: exercitus Mediolanensium dux constituitur.	
			¶Matthias Pãnonię rex ab imperatore Frederico. 3. ea lege olim coronatus / vt liberi eius regnum paternũ obito Matthia patre nõ obtinerent: ducta autẽ vxore regis Ferdinandi filia / quom animaduerteret Bernardus Granẽsis archiepiscopus regẽ pactionibus minime statutũ / cũ thesauris ac corona qua Pãnonię reges coronantur in Germaniã aufugit. ob quod Matthias imperatori bellum mouit / archiepiscopũ vna cum thesauris ac corona repetens.	
			¶Florentini plurimis calamitatibus acti: amissis oppidis cũ Ferdinãdo Neapolis rege maximo suorũ detrimẽto / iscijs Venetis turpe fœdus percutiunt. Quibus auditis Lodouicus Gallorũ rex: omnibus Italię socijs spretis / cũ Venetis tãtũmodo ratum fœdus tenuit.	
Pir-Ahmed	Karmane		¶Pirametus Caramanus: Mahumeti copias duce Baizeto filio fudit / fugauitq;.	
			¶Mahumetes imperator: ingenti classe / maximaq; bellatorũ vi Rhodum petens / nec quicq̃ tres menses ibi moratus ægit / maiorem partem exercitus amisit vbi cęlitus CHRISTI IHESV ministri propugnãtes / visi nostris miraclo Turcis Terrori fuere maximo.	

¶ An. Salutis. ¶ Anni Ponti. ¶ Impator. Occidētis. ¶ An. mūdi.

¶ Pinus Ordelaphus fori Liuij princeps Comi-
tis Hieronymi ductor/ quom cōsilio/ atq; opa
Hieronymi vnicū sibi filiū Nothū apponēdū
cognouisset iterfecto ministro/ qui id facturū
promiserat: ab Atrei exercitu fugiens Venetijs
adheret.

1480 | 9 | 41 ¶ Matthias Pānoniē rex in isulā Coryctā (quē
a nr̄is Vegla dicit̄) ditiōis comitis Ioānis Fran-
capani exercitū mittēs: capto Fulcinio oppido
(quod nunc Muschiū nuncupatur) iamiam in-
sula potiebatur/ ni eū Veneti (memores anti-
qui sui iuris esse) Pnonias ab eius īperio prohi-
buissent. Veglienses Venetorū armis defensi/
ob tyrannidē Comiti infensi liberatoribus an-
tiquis dn̄is sese dedidere. Comes vero Ioannes
publicis sumptibus / Venetijs vitam ducit:
quoad inter se / ciuesq; suos res compo-
nantur.

¶ Pinus Ordelaphus fori Liuij princeps vnicū
filium Nothum/ sub tutela coniugis relictum
moriens principē ditionis suē constituit: quē
Frācisci Ordelaphi liberi quom ab imperio
eijcere tentassent Veneti armis tutati sunt.

¶ Comes Hieronymus Ceruiā Venetoꝝ oppi-
dum proditione tentauit.

¶ Veneti Sixtū. 4. ponti. vna cū comite Hie-
ronymo sibi socios reddidere.

¶ Iudēi oppidū Motā incolētes/ quē est in fini-
bus agri Taruisani & fori Iulij: haud dissimilit
ꝙ supioribus annis tridēti egerāt/ puerū macta-
uerunt/ quorū tres Venetijs atroci (sed merito)
supplicio) concremantur.

¶ Exules Senesium armis Alphonsi regis Fer-
dinādi filij: maximo tumultu patriā repetūt.

¶ Matthias Pānoniē rex: ingēti exercitu Mysiā

¶ An. mūdi.	¶ An. Salut.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorū Occidētis
			ingressus (quā nunc Valachiā dicunt) nichil memoratu dignum fecit.	
			¶ Macedones tumultu / presidio Turcaꝝ / eiecto / trucidatoq; Scodra potiūtur: quā retinere diffidētes in Apuliam aufugiūt.	
			¶ Galeotus Maphredus fori Sempronij seu Fauentię princeps nepotes ex sorore filios Frācisci Ordelaphi in tutela acceptos / in forū Liuij ducens: cōiugem Pnij / filiūq; Nothum in arce obsedit / quā quom oppugnare cœpisset exercitus comitis Hieronymi / eū vrbe expulit. Capta vero arce interemptoq; Pnij filio: ipse ciuitatis imperio potitus est.	
			¶ Exercitus Mahumeti valida classe / multisq; hoim milib9 in Apuliā traiciēs. 17. die Lidrūtū expugnat / Bestias oppidū ad Garganū sitū totū demolitus: infinitis cędibus quocunq; discurrens / oia ferro / ignicq; perdēdo Alphonsum Calabrię ducē relicta Senarū obsidione ad defensandā Apuliā / pontificis oimq; Ferdinandi ac sociorū copijs redire coegit / ingēti cōparata classe.	
			¶ Lodouicus Gallorū rex: expletis inducijs cū Maximiliano Burgūdię duce ad expugnandū Doblā. 30. hoim milia in Burgūdiā mittit: quos ad iternectionē Doblēses necarūt / his indignatus Lodouicus / validioribus copijs vrbē cingēs captam / ad solum euertit.	
			¶ Stephanus Francapanus ex comitib9 Signę (quę forte ab antiqs Sētaqn dicta est) i Noritioꝝ finibus morit / in cuius ditionē Matthias Pānonię rex aduolauit.	
			¶ Franciscus Philelphus Gręce / latineq; apprime eruditus / plurimis vtriusq; ęditis monumētis octogenarius Florentię moritur.	
			¶ Cleda Corior dolus Stratiotarū equestribus	

Hydruntum

ornamẽtis donatus Pelopõnesi ductor: suo ductu / auspicijsq́ rupes Mainę ingressus (hę ad Tenariũ Laconię ꝓmontoriũ sunt) Turcis eas tutãtibus partim iterfectis / partim fugatis Mãtineam eius loci oppidum in suam potestatem redegit.

Matthias Pannonię rex Bossimã (Pãnoniã inferiorẽ olim dictam) vexauit.

Obiect⁹ Doria Genuã igressus: Baptistã Fregosum ex ducatu eijcere conatus est.

Matthias Pãnonię rex vt Bossimã e Mahumeti manib⁹ armis / viq́ extorqueret cũ Frederico imperatore inducias ægit.

1481 | 10 | Renat⁹ andegauię dux Prouitię / apulieq́ rex: quia Alphonsus Tarraconẽsiũ rex eũ priuauerat. 39. annũ post amissum regnũ moriens Carolum nepotem cum priuilegijs regni Sicilię / citra Pharũ hęredẽ reliquit. | 42

Rex Scytarꝫ / Getis / Iudęisq́ stipẽdarijs militibus / capta i Germanię finibus equitũ Regionis Alemanoꝝ ciuitate: omni seuitię genere in mares ac fœminas vsus est.

Sex milia Turcarũ ad Mãteniam / rupesq́ Manię expugnãdas missa: a Cleda Coriõdolo interficiũtur.

Ferdinãdus: oĩa oppida quę cœpꝫat Alphonsus filius Florẽtinis restituit / vno excepto / quo ab his fœderibus staretur.

Alphonsus regis Ferdinãdi fili⁹ multis pri⁹ acceptis cladibus: suis / suorũq́ copijs Lidrũtum valida obsidione cinxit.

Cleda armis Mahumeti cõpulsus 2. Id⁹ Apl'. in Apuliã fugiens Manteniã / rupesq́ Manię reliquit.

Mahumetes Gręcię / Asięq́ Impator / dum in Oriẽtis expeditionẽ proficiscit̃ / post ingentia

Añ. mūdi.	Añ. Salu.	Anni Ponti.		Impatorū Occcidētis
	1481		facinora terra/ mariq; gesta non sine veneni suspicione. 5. Nonas Maij in exercitu suo moritur: anno imperij Constantinopolitani. 27. mense. 11. die quinto.	
			Mortuo Mahumeto ingēs tumultus Cōstātinopolim inuasit: alijs Baizetū in imperatorem poscentibus ex liberis natu maiorem/ alijs Zaliabū minorē/ vicerūt tamē partiū Baizeti studiosi/ dumq; Constantinopoli abest (nam in Caramanum copias ducebat) eius filius in statione imperij constituitur.	
			Sexto aūt decimo Caleñ. Iunij Baizetus Cōstantinopolim ingrediēs īperator salutatur.	
			Zaliabus cognitis his q̄ Cōstātinopoli gesta sunt/ Asię īperiū cupiēs obtinere: Prusam (quā nr̄i Bursā vocāt) ex finib9 Assyrię rediēs accepit.	
			Mortuo īpatore Mahumeto Nicolaus dux Gigni Macedoniā ingressus/ amissam ditionē ingēti Turcarū strage cōsequit: nec dissimiliter agit Ioānes Cernoi/ qui tandē cōpositis rebus cū Baizeto īperatore/ quom sua pręter Sabiacum vi cœpisset īperatori tributa pendens oīa libere tenuit.	
			Renatus Lotoringię dux: Renati Andegauię/ puincięq; ducis ex filia nepos ęgreferēs se exhęredatum copijs Lodouici Gallorū regis prouīciā ingressus Carolū īperio hęreditarijsq; titulis spoliaturus circa Massiliā diu moratus/ nichil quicq̄ agere potuit.	
			Baizetus īpator Zaliabo fratre Prusa fugato: paternū Asię imperiū obtinuit.	
			His tēporib9 Matthias Pānonię rex omne imperiū Turcarū ex Danubio eiecisset: ni ductor Frederici. 3. īperatoris exercitus Pānoniā ingressus/ inscio īpatore oīa pplātiōibus igni/ ferroq; vastādo/ ad sua defensanda redire coegisset.	

Quibus cognitis: indignatus imperator Fredericus/ exercitus ductorẽ acrius increpans/ prohibuit.

¶ Stephanꝰ cognoĩe Chauobiona eps/ Mysięq; ĩferioris (quã forte nr̃i Valachiã ĩferiorẽ dicũt) Vaiuoda/ quo noĩe Barbari principẽ significãt Baizetũ Turcarũ ĩperatorẽ inita Matthiæ Pannonię regis societate/ vi & armis Mysia superiore spoliauit.

¶ Leonardus Tauchus classe a copijs regis Ferdinãdi Leucadiã/ Zacinthũ/ Cephaleniãq; Ionij maris insulas petens/ res suas asserturus spe frustratur.

¶ Alphonso Ferdinandi regis filio Turci audito Mahumeti ĩperatoris obitu/ saluis rebꝰ sese dedidere: quos deinde in mancipia detinuit.

¶ Ioãnes Castrioti Alexãdri filius cognoĩe Scãderbechi Baizetũ ĩperatorẽ ditiõe paterna spoliat: quã Mahumetus armorũ vi suam fecerat.

¶ Rex Ferdinãdus: Aulonis spe frustratus/ classe Chimerã dolo capit.

¶ Lodouicus Sfortia Galeaci Marię Mediolanensiũ ducis fratre ad rempublicã gubernandã accitus: Ioãnem Philippũ ducẽ in arcẽ fugauit/ Bonã Ioannis Philippi matrẽ ad fines Viagrassæ custodiendã/ mãdauit Robertũ Seuerinatẽ Mediolano profugũ abire cogẽs / ipsius copias Constãtio/ Pizauri principi cõmisit.

¶ Baizetus imperator Turcarũ / Pisanum oppidũ e manibus Pãnonię regis astu/ eripuit.

¶ Bernardus Rilla Marinꝰ Pyrata Venetorum signis illis inscijs/ pleraq; Baizeti ĩpatoris Turcarũ loca igni/ ferroq; depopulatus/ maxia p̃da inde abijt: quibus indignatus Baizetus existimãs id Venetos ęgisse agrũ/ Iaddere depopulat.

¶ Hactenus Matthiæ Palmerij Pisani opusculum in Eusebium de Temporibus.

¶ Sequitur Ioannis Muuallis Tornacensis in Eusebium de Temporibus noua additio.

¶ Añ. mũdi.	¶ Añ. Salutis.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorũ Occidẽtis.
6681	1482	11	¶ Maria ducissa Burgũdię, Maximiliani coniunx venando equo lapsa: moritur.	43
			¶ Eo tẽpore fames & febris pestilẽs hoĩes ad isaniã adigẽs, ex vermibꝰ in capite natis, famẽ illã secuta, multos mortales iuasit, atq3 ademit.	
			¶ Aria prope Morinos a Gallis obsidet: & tandem se dedidit.	
			¶ Inter Belgas & Gallos: fœdera pacis Attrabati sunt tractata, atq3 cõfirmata.	
			¶ Edoardus rex Anglię moritur.	
	1483	12	¶ Ludouicus huius nominis vndecimꝰ rex Frãciæ: diem clausit extremũ.	44
			¶ Carolus octauꝰ eiusdẽ filiꝰ: Francorꝝ regnũ suscepit gubernandũ.	
	1484	13	¶ Initia bellorũ inter Gallos & Britãnos.	45
			¶ Graculi & Picæ, magno numero ad aliquot miliariorũ spacia ĩ aere cõfligẽtes: belli ostẽtũ prębuere.	
	1485		¶ Hẽricus septimꝰ tũc ꝓfugus, auxilio regis Caroli fretus: occiso Ricardo, regno Anglię potit.	46
			¶ Carolus octauus rex: Annã Britãnię ducissam desponsat, ducitq3 in vxorem.	
	1486		¶ Maximilianꝰ Frãfordię: cõmuni electorꝝ voto rex declaratur.	47
		¶ Põtifex Sixtus. 4. patria Saonẽsis: ordinis minorꝝ gñalis, vir maxĩo certe ĩgenio, ꝑcipue doctrĩs & vigore. nã de diuĩa & supramũdana dei potẽtia librũ vnũ de sanguine CHRISTI, cõpluraq3 alia scripsit. In suo quidẽ põtificatu & ãte põtificatũ mitissime fuit cõsuetudĩs: ĩ paupes religiosissimꝰ, oĩbusq3 religiosis ꝑuilegia (vt ita loqr) cõcessit, ãno sui põtificatꝰ 13. diẽ clausit extremũ.		
			¶ Defũcto Sixto põtifice: vacauit sedes die. 15.	

Añ. Salutis.	Anni Ponti.		Impatorũ Occidẽtis.	Anni mundi
1487	1	Regnũ Beticũ (qđ & Granatę dicit) virtute bellica a rege Hispanię obtinet, egregiũ laudabile & CHRISTIANVM facin9, decusq; Hispanorum imortale.	48	
		Ponti. Innocẽti9 ei9 nois. 8. sedit ãnis. 5. mẽsi. 11.		
1488	1	Primo & scđo ipi9 põtificat9 ãno ifœlix, multisq; bellis vexatur Innocentius.		
1489	2		49	
1490	3		50	
		Venetos Innocẽti9 põtifex, ab iterdicto eccliastico & cẽsura, i eos a suo pdecessore fulmiata; liberauit & absoluit.	51	
1491	4		52	
1492	5		53	5693
		Põti. Maxim9 Innocẽti9 (ãno sui põtificat9 12 ferme pacto) morit, & apđ sanctũ Petrũ magna funeris pompa sepelit.		
		Ponti. Alexãder eius nois. 8. Hispan9. ãn. 11. die. 8.		
1493	1	Frederico. 3. iperatore mortuo: Maximilian9 eius fili9 qui iã cũ patre ãnis. 7. regnauerat rex Romanorũ solus regnat. ãn.	54	
		Maximilian9 Romanorũ rex. ãn. 1.		
1494	2	Carolus rex Frãcię: Parpigniacũ & Rossilionẽ restituit regi Aragoniæ.	2	
		Ordo pœnitẽtiũ mulierũ ex mulierib9 publice peccatricib9 Parisius cœpit, per pdicationẽ fris Ioãnis Tisserani, ordinis minorũ inchoatus.		
		Hermola9 Barbat9 Venet9 priarcha Aqleieñ. nõ sine graui bonarũ lrarũ iactura Romę morit.		
		Frater Hieronym9 Ferrariẽsis, qui a Florẽtinis ppheta credebat: aduentũ Gallorũ in Italiam predicat.		
		Carolus eius nois octau9: paulo post exercitũ per Italiã ducẽs, Neapolim petit.		
		Angelus Politianus vir eloquẽtissimus & linguæ latinæ vindex, atq; illustrator Florentiæ moritur.		

Añ. mūdi.	Añ. Salutis.	Anni Ponti.		Impatorū Occidētis.
			Et paulo post Ioānes Picus Mirādulę comes nobilis/ & admirādus Philosophus Florentiæ iuuenis etiā moritur/ frustrata multorū expectatione/ de multarū bonarū litterarū & maxime circa philosophiā & theologiā restitutiōe.	
			Circa aduentū Caroli in vrbem Romā pars molis Hadriani (quod Castrū Sancti Angeli dicitur) colapsa sponte ruit: Romani pro ostēto habuere. Ingresso rege Carolo vrbem Alexander ob fidem securitatis dedit ei Cęsarem Cardinalē/ quē vnice diligebat/ qui vt vafer & astutus erat/ occulte in itinere aufugit a rege/ rediens ad pontificem.	
			Itē Alexāder Zizymi fratrē magni Turci dederat regi Carolo: sed prius vt suspicatū est venenatū toxico/ vnde tradit⁹ Carolo statim moritur. volebat eni rex eo vti (vt fert) missis copijs aduersus Turcum.	
			In accessu Caroli regis ad Neapolim Aqlani se & locū suū stati dederūt: illi vero qui i munitione erāt sancti Germani resistere voluerūt/ sed cōtinuo oppidū obtentū est/ & expugnatum/ atq; direptum.	
			Hac territus fama rex Alphonsus fugit i Siciliam: relicto regno Neapolitano Ferdināndo filio.	
			Carolus Neapolim aduenies: a ciuib⁹ admittitur. His successibus accessit Apulia/ Calabria et Lucania.	
6695	1495	3	Cui parto regno: reb⁹ cōpositis & legib⁹ positis i Gallias reditū parāti Ludouicus Sfortia Mediolanēsiū dux/ & Veneti cū mlta armatoꝝ copia ipedimentū parāt ad Tarū/ siue (vt vocant) Fornouiū ne in Galliā trāsire posset/ quorū frustrati fuere conatus/ vt potius qui se fore arbitrantur ob recentē & multo copiosiorem	3

¶ An. ¶ Anni Salutis.	Ponti.		¶ Impatorū Occidētis.	¶ Anni mūdi.
		militē victores/ victos credat posteritas.		
		¶ Nō multo post Neapolitani a rege Galliȩ de= fecerāt/ Ferrandūq; in regē susceperunt.		
		¶ Carolus rex in Castro suo Ambosiȩ diem suum claudit: cui successit in regnū Ludouicus huius nois duodecimus.		
		¶ Rex Ludouicus huius nominis duodecimus: Annā Britāniæ reginā a Carolo relictā/ vxorē (ducit.		
		¶ Exercitus apparatū mittit Astam in qua recepto exercitu & accelerāte in Alexādria celeri9 oīm opiniōe in potestate Ludouici.12. Gallorū regis redactā/ Ludouic9 Sfortia cū the= sauro suo in germaniā ad maximilianū Cȩsarē ocius contendit.		
1498	6	¶ Bellū hoc tpe habitū inter Heluetios & Sue= uos: in quo quidē bello supant Sueui i loco (qui dicit septē ecclesiarū.)	4	
		¶ Fauētia a duce Valētino pro pōtifice capitur.		
		¶ Catherina domina Foroliuij: ab eodē capta Romam adducitur.		
1499	7	¶ Galli Mediolanū ingrediūtur: & sexto q̄ igres= si mense ab eodē loco expellūtur.	5	
1500	8	¶ Ludouicus Sfortia dū psequit hostē: in man9 hostiū deuenit/ & in Gallias omni pdito dnio adducit/ vbi & tandē naturali fato cōcessit.	6	6700
		¶ Ascanius cardinalis Ludouici frater: in fuga capitur/ et tandē a Venetis regi Galloꝝ tradit.		
		¶ Alexander Iubileum concedit.		
		¶ Emanuel Lusitaniæ rex: naues ad Indiā mittit & res claras ac mēoria dignas aggredit/ q̄ nar= rāte Aloisio Cadamusto Veneto qui illius pere= grinationis comes fuit/ cognitæ sunt.		
		¶ Ioseph Indus: Alexādro sexto Romȩ res Chri stianas pſbyteri Ioānis & ecclīarū Orientaliū/ vltimeq; Indiȩ nrīs satis similes/ narrat.		
1501	9	¶ Philippus archidux: amicitiā firmat cū rege	7	

¶ Añ. mũdi.	¶ Añ. Salutis.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorũ Occidẽtis.
			Galloꝝ & in Hispaniã ad socerũ & socrũ reges	
			¶ In Germania/ multis ĩ locis liuo= (transit.	
			res iustas dominicæ crucis & in signũ passionis	
			dñi vestimentis & corporibus tã virorũ q̃ mu=	
			lierũ inopinato apparuerũt.	
			¶ De Siali Ismaele: id est ꝓpheta Ismaele qui di=	
	1502	11	cit sophi Persarũ rege: rumor mirabilis cœpit	
			¶ Neapolis missis a rege Gallorũ co= (audiri.	8
			piis: iterũ in regis Gallorũ venit potestate.	
			¶ Fredericus eorum rex in Galliã venit.	
		¶ Ponti. Pius. 2. natiõe Thusc9 Saonen. sedit die. 17.		
			¶ Hũc (ferũt) diui Petri Apsoꝝ pricipis vestigia	
	1503	1	¶ Comes Rauestan9 classem ducit (imitasse.	9
			in Turcas: q rebus ĩfœliciter apđ Mitilenẽ actis	
			vix se in Galliã recepit.	
			¶ Pio põtifice mortuo: vacauit sedes dieb9. 14.	10
			¶ Alexãder sext9 morit: cui succedit Pius terti9/	
			qui paucos dies vixit.	
			¶ Pio tertio suffectus est Iulius secundus.	
	1504	1	¶ Iuli9 papa. 2. natiõe Ligur: Saonẽsis cõsecrat.	11
			¶ Arturus Henrici sexti regis Anglię filius Ma=	
			riã regis Aragoniæ filiã duxit in vxorem.	
			¶ Portus magnus Mauritaniæ Cęsariẽsis ĩ Afri=	
			ca a rege Hispaniæ obtinetur.	
			¶ Philippus Castellę princeps/ archidux Austrię	
			classe Hispaniã petẽs aduerso vẽto vna cũ coiu=	
			ge cõpellũtur in Angliã: vnde sedis flatibus re=	
			stitutis prius mũeribus magnifice a rege ĩsulæ	
			donati abiere/ suã nauigationẽ ĩ Hispaniã pagẽtes.	
	1505	2	¶ Oẽs ĩ regno Granatæ cogunt/ aut fidẽ CHRI=	12
			STI suscipere/ aut e regno migrare.	
			¶ Ex altera parte Africę regnũ Magnicõgo regi	
			Lusitanię fœderatũ/ fidẽ CHRISTI suscipit.	
			¶ Sophi & Turcus ĩ Asia cõfligũt: & cęsis mul=	
	1506	3	tis Turcis/ narrat Persa euasisse supior.	13
			¶ Cometes per aliquot dies apparuit.	

¶ Añ. Salutis.	¶ Anni Ponti.		¶ Impatorũ. Occidẽtis.	¶ Añ. mũdi.
		¶ Philippus Castellę princeps: archidux Austrię		
		in Hispania moritur.		
		¶ Boemi Germaniã itrãt loca depopulãtes & va		
		stãtes: quibus occurrẽs Maximilian⁹ rex statim		
		impetũ reprimit/ atq₃ interimit.		
		¶ Rex Romanoꝝ aduersus Comitẽ Palatinũ cõ=		
		fligit / debellat & vincit.		
		¶ Iulio pontifici maximo. Bononia restituit: pul=		
1507	4	so Ioanne Bentiuolo.	14	
		¶ Genuẽses qui pauloante rebellauerant/ & suos		
		nobiles expulerãt: citius õni opiniõe a Ludoui=		
		co 12. Gallorũ rege superãtur/ & acceptis qbus=		
		cũq₃ legibus in deditionẽ veniũt.		
		¶ Paulus de Nouis tinctor quẽ ducẽ eoꝝ Genuẽ=		
		ses creauerãt: ex cõflictu p mare fugiẽs a classe		
		Gallica capitur/ & decapitatur Genuę.		
		¶ Sponsalia cõtrahũtur inter Carolũ pricipem		
		Castellę/ archiducẽ Austrię & mariã Hẽrici sep=		
1508	5	timi Anglorũ regis filiã. *frustra*		
1509	6	¶ Pisani in potestatẽ Florẽtinorũ veniũt.	15	
		¶ Veneti instructis vtrinq₃ aciebus cũ Ludoui=	16	
		co Frãcorũ rege cõfligũt: a quo optinetur in cã=		
		po/ & Bartholomeus Daluianus dux exercitus		
		eorũ captus/ primũ ducit Mediolanũ, deinde in		
		Galliam.		
		¶ Veniũt in potestate Galloꝝ Brixia/ Bergamũ/		
		Crema/ Cremona/ & reliq̃ q̃ rex sui iuris esse cau=		
		¶ Mirabiles & inauditi terremot⁹ vrbẽ (sabat.		
		Cõstãtinopolim vexauerũt: domus inumere &		
		arces ruerũt/ ars p̃cipua tyrãni colapsa est. vt ty=		
		rãnus qui nũc est magnus Turcus: alio cõfuge=		
		re cõpulsus sit/ populus multus & p̃ciues q̃plu=		
		rimi turbine intercepti/ iteriere.		
		¶ Maximilian⁹ Cęsar/ Veronã/ Patauiũ/ Teruisiũ		
		& suoꝝ locoꝝ q̃plurima a Venetis recuperat.		
		¶ Iulius secũdus Seruiã/ Rauẽnã/ Imolã/ Fauẽtiã		

Añ. mũdi.	Añ. Salutis.	Anni. Ponti.		Impatorũ. Occidẽtis
			Forolíuiũ/ & reliquas ecclíæ terras quas detinebant Veneti/ obtinet.	
			Rex etiã Hispaniæ Brũdusiũ/ Tarentũ & alia ab eisdẽ detẽta:suę ditionis recuperat loca.	
			Oranum in Africa ab Hispanis capitur.	
	1509		Septem hoĩes syluestres ex eã isula(quę terra noua dicit̃)Rothomagũ adducti sunt cũ cymba/ vestimẽtis & armis eorũ. Fuliginei sũt coloris/ grossis labris/ stigmata in facie gerentes / ab aure ad mediũ mentũ/ instar liuidę venulę per maxillas deducta. Crine nigro & grosso vt eqna iuba. Barba p totã vitã nulla/ neq͛ pubes/ neq͛ vllus in toto corpẽ pil⁹ preter capillos & supcilia. Baltheũ gerũt:in quo est bursula q̃dã ad tegẽda verẽda/ idioma labris formãt. religio nulla. cymba eorũ corticea / quã homo vna manu euehat in humeros. Arma eorũ; arcus lati/ chordę ex itestinis / aut neruis aĩaliũ. Sagittę; cãnæ saxo/ aut osse piscis acuminatę. Cibus eorũ; carnes tostę. Potus; aqua. Panis & vini & pecuniarũ: nullus oĩno vsus. Nudi icedũt: aut vestiti pellibus aĩaliũ/ vrsorũ/ ceruorũ/ vituloꝝ marinoꝝ/ & similiũ. Regio eorũ paralellus septimi climatis plus sub occidente q̃ Gallica regio supra occidentem.	
			Apud Bernã Heluetioꝝ: ob gãniẽtes i purissimã intemeratę virgis cõceptionẽ comburunt. Magna Bernensibus gloria: iniuriarũ semper benedictę virginis vltoribus.	
	1510	7	Juli⁹ põtifex maxim⁹ recõciliat̃ Venetis: & exercitũ ducẽs Mutinã capit & Mirandulã quã Ioanni Frãcisco Pico loci domino restituit.	17
			Bugia in Africa obtinet̃ ab Hispanis.	
			Terrę motus magni quatiunt Florentiã / Rauennã/ Venetias/ Forũ Iuliũ/ & pleraq͛ alia loca cum magno incolarũ terrore in Italia.	

Terra noua 7 ex newfoundland american

imberbes

magnum dedecus

¶ An. Salutis.	¶ Anni. Ponti.		¶ Impatorū. Occidētis.	¶ An. mūdi.
1511	8	¶ Mirādula recuperat a Gallis: & Mutina Maximiliano regi tradit/ Bohonia deficit a pōtifice.	18	6710
		¶ Cōcilium Gallicanū celebratur Turonis.		
		¶ Idem continuatur Lugduni.		
		¶ Tripolis in Africa obtinet ab Hispanis.		
		¶ Augustę Vindelicię virgo q̄dā est noīe Anna supra quadragesimū agēs annū/ neq; edēs/ neq; bibēs/ neq; egerēs/ neq; dormiēs/ q̄ piis meditatiōibus in tāta vigilia gr̄a Saluatoris/ mirāda & stupenda operantis sustinetur.		
		¶ Generalis concilii initia tentantur Pisis.		
		¶ Cōciliū generale petēte Maximiliano Cęsare & Gallorū rege/ & multis Cardinalibus adhęrētibus & assistentibus.		
		¶ Emergētibus causis: cōciliū e Pisis trāslatū est Mediolanum.		
1512	9	¶ Pontifex nouū parat exercitū: descendūt Heluetii Insubriū t̄ras vastātes/ ad cōfinia Mediolani Brixienses a Gallis ad Venetos deficiūt/ suscepto p̄sidio Veneto. Itē & Bergomēses re īfecta abscedūt. Heluetii/ neq; prębētes/ neq; cōsiliū suscipiētes.	19	6711

¶ Brixienses cōtinuo a Gallis superātur: robur Venetorū cū ciuibus ad multa milia cędūtur/ vrbs Brixia miserabiliter diripit. ira dei credita est.

¶ Galli hac parta victoria ad exercitū pōtificis qui se p̄pe Rauēnā receperat: p̄perāt/ cōgrediūt/ cruēta cōmittit pugna/ succūbit exercit9 pōtificis/ & auxiliariū ejus. Capit Petrus de Nauarra qui fuerat pro parte pontificis: & ceciderūt vtrinq; campi ductores multi/ īter quos cecidit dux Nemoriēsis ductor exercitus Gallorum. ¶ Finito hoc bello: Rauēna a Gallis diripitur.

¶ Rauēnæ paulo ante natū fuerat monstrū cornu in capite: alas habebat/ brachia nulla/ pedē vnū vt auis rapax/ oculū in genu/ sexū vtrūq;/ in medio pectore y psilon/ & crucis effigiem.

¶ Aliqui interpretati sunt: cornu/ sup biā. alas: leuitatē & mentis incōstantiā. Carētiā brachio⁊: defectū bono⁊ ope⁊. pedē rapacē: rapinā/ vsurā/ & oīmodā auaritiā. oculū in genu: solū ad res terrenas mētis deflectionē. vtrunq; sexū: sodomiā. Et p̄pter hęc vitia Italiā sic nūc bellicis cōtritionibus quati. Regē

autē Frācię nō sua virtute id facere: sed solū esse dei flagellū. y psilon ꭓο & ✠ signa esse salutis: nam y psilon figura est virtutis. Ideo si ad virtutē recurrāt et ad CHRISTI Crucē: ab his pssuris & tribulationib9 cōueniat respirationē & pacē cōquassationib9 desyderabiliorē/ quā dare dignet Christus in oia secula benedictus Amen.

¶Eusebij de tēporibus cū additamētis ad presentem annū. 1512.
FINIS.

¶Ioannes Muuallis Tornacensis lectoribus Salutem.

Cvm Eusebio nouū in pricipio Indicē adiecerim: equum michi visum est/ vt iter hoc opus ī officina dirigēdū/ quod ī āno CHRISTI 1481. finē suū cōtraxerat/ quicquid a tēpore illo ad diē vsq; emissionis eius mēoria posteritatis dignū audiuisse/ paucis tāq pro ānotamēto priorib9 adiūgerē. Vt cōpleti9 esset hoc Chronicon: & haberēt prōpti9 harū rerū studiosi cōsulere historias/ que materias easdē diffusius tractabunt. Ergo qui hec legēt: boni cōsulāt/ & laboribus nostris nō detractent. Valete.

¶Michaelis Pontani in presens opus decastichos.

Quos lubet annales & tersos voluere libros/
Aut quos exiguo magna parare iuuat,
Adsitis faciles: votis maiora rependet
Eusebius/ veras en dabit historias.
Gestaq; discretos describet fidus in annos/
Sub quauis gelidi parte peracta poli.
Hic legere est breuibus que mille volumina tangunt/
Atq; exempla quibus vita regenda venit.
Ergo age limatos lector studiose libellos
Perlege: perlectis cōmoda multa feres.

¶Errata nōnullis in locis ex Eusebio deprehensa: & in officina sedulo recognita.

Folio.	¶Recognita ex Eusebio	Pagina.	Colūna.
9	Bellus legendum Belus	2	1
9	Habraham scribendum Abraham	2	1
10	Lacędemoniorum scribendū Lacedęmoniorum	2	2
17	Agarini legendū Agareni	1	2
19	morit Habraham legendum moritur Abraham	2	3
28	in heremo scribendum in eremo	2	3
31	habundare scribendum abundare	1	2
31	vrbes condit legendum vrbes conditæ	1	3
34	fabula confingūt legendū fabulæ	1	3
34	vocatū nutriorem legendū nutritorem	1	3

Folio.	❡ Recognita ex Eusebio	Pagina.	Colūna.
37	xorem legendum vxorem	1	1
37	simulachra scribendū simulacra	1	4
49	Acracapes legendū Acrazapes	2	1
50	Heliseus scribendū Eliseus	2	3
54	Cycius legendum Cyzicus	2	2
54	Achac legendū Achaz	2	3
55	Accollas scribendum accolas	1	5
68	apud flumē. ❡Alliam legendum apud flumē Aliam	2	5
71	socer legendum Soter	2	5
71	Lysimachus legendū Lysimmachus	2	5
72	nouali legendū nauali	1	3
78	❡Antiochiā & Syria legen. ❡Antiochia & Syria	1	3
78	Catilina scriben. Cathilina	1	3
78	Mesopothamia scribendū Mesopotamia	1	3
78	cōtra sede imperio legen. cōtra se de imperio	1	3
79	ante patre legendū ante patrem	2	2
79	tres sunt soles exorti legen. tres soles exorti	1	4
87	Lyria Rhodus legendū Lytia/Rhodus	2	3
91	Aeariū vero publicū legendū Aerariū	1	2
90	Galienus medicus legendū Galenus	2	3
88	Anthiochenę epūs legendū Antiochenę ecclesiæ epūs	2	3
92	Hięręnęus legendū Hirenæus	1	2
96	Labdas legendū Labilas	1	2
105	qui cognatū sibi dogma scrib. conatū	1	2
108	Gauserico legendū Geiserico	2	4
157	expectatio diu legendū expectato diu	2	4

❡ Hęc supius ānotata: cōpluribus in locis castigata īuenies/ & vbi primū depręhensa fuerāt/ in ipsa officina ad limam reducta. Si qua vero alia mendosa occurrerint ex litteraꝝ adiectione/ omissione/ præpostero situ/ aut pmutatione cōtracta: ea facile quisqꝫ suo ingenio depręhendet/ neqꝫ quis ex ipis vnq̄ a recta sententia aberrandi trahet occasionem.

❡ Absolutū est in alma Parisiorū Academia hoc Eusebij Cæsariensis de temporibus Chronicon/ cū nōnullis additionibus huic operi nō parū accōmodis: per Henricum Stephanū in formularia litterarū arte opificē/ illius maxima cura & diligentia/ necnō eiusdē & Iodoci Badij in hoc opere sociorum paruis expensis Anno ab incarnatione domini cuncta gubernantis Millesimo quingentesimo duodecimo. Idibus vero Iunij.

1512